

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Ad Matutinas, Hymnus LXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Faciat nos pasci mānna  
In cōeli palatio, Amen.

Hymni septem de sancta Maria Magdalena, qui ad septem possent legi meditariue horas canonicas, aut ab operantibus in silentio suaniter & modeste cani.

Ad Matutinas.

Hymnus LXI.

**I**esu rex amantissime,  
Deus misericordiae  
Tu dator omnis gratiae,  
Collator es & gloriae.  
Christe qui cuncta diriges,  
Qui Magdalenam respicis.  
Et misereri statuis,  
Quam cum non esset diligis.

Cor huius clam tu vulneras,  
Vngis, mutas, inebris,  
Ut delictorum tēdeat  
Malorumq; peniteat.

Dum nescit capis laqueo,  
Trahis ut inconuicio  
Amaras fundat lachrymas,  
Tibi cupitas epulas.

Ad pedes flentem recipis  
Excusas hanc & protegis,  
Laudas, & cunctis debitis  
Tu liberam mox efficias.

O pietas mirabilis,  
Dulcedo non effabilis,  
Nami reos morte liberas,  
Amas & non improperas.

Ad hoc tu namq; veneras,  
Ut queras quod amiseras,  
Et non ut mundum iudices,  
Sed mundum ut illumines.

Et quam est hoc mirabile,  
Iesum suos diligere,  
Tutari quod errauerat,  
Saluare quod perierat?  
Natura tibi conuenit,  
Quod nemo tibi surripit,  
Ut parcas & sis miserans,  
Pius, amans & liberans.  
Nam quid fons potest gratiae,

Aut vena quid clementiae,  
Dare quam cunctis veniam,  
Quos suscipis ad gratiam?

Aut dulcis cur tu charitas,  
Nos haud amares bonitas,  
Qui nihil es quam pietas,  
Adoptans nos quos congregas?

Tibi sit Iaus, qui veniam

Mariæ das & gratiam  
Patre cum sancto Spiritu,  
Qui nos salues in exitu, Amen.

Ad Primam.

Hymnus LXII.

**O** Ter beatam sc̄minam,  
Quę delictorum veniam,  
Ad Iesu pedes recipis:  
Nam gratiam tunc inuenis

De mundo post nil placuit  
Nam tibi totum viluit,  
Tibi mox sit fastidio,  
Quod erat desiderio.

Ofelix hæc mutatio,  
Diuinaq; dignatio,  
Quę replebaris virtus,  
Es Dei plena gratia.

Quā gratulor o Domina  
Tibi pro magna gratia,  
Qua possides nunc optimus  
Amicum fidelissimum.

Adh̄eres huic ut filia,  
Amore feruens ebria,  
Te solus totam possider,  
Tuum cor sibi retinet.

Hic tibi sponsus vnicus,  
Venustrus, stauifimus,  
Amantem te non deferens,  
Et sibi iunctam vniens.

Me tæpida conuersio,  
Heu frigida deuotio.  
Ex ore Iesu projicit,  
Et gratia deſtituit.  
Quamobrem clementissima,  
Mihi tu Iesum impetra,  
Eius amore feruam,  
Illity totus placeam.

III 3

Tibi